

iracundiæ & ineptiarum misceat, ut non levi brachio  
 castigari mereatur, p. 357. quod horribiliter criminetur  
 357. quod calumniarum illuviem effundat 373. quod ca-  
 lumniam & stuporem ipsius excusserit 377. quod per  
 insipidam valde gravitatem Lutheranorum crepet mo-  
 rem 377. quod vir impudens sit 379. quod effæminatus  
 sit, dum Christianam patientiam in subsidium advocat  
 p. 363. quod patientia ipsius Christiana dente plusquam  
 Theonino armata sit: 361. quod non possit non ani-  
 mus ejusdem inflari per enormia illa elogia queis aures  
 ipsius quotidie verberantur; qualia sunt lumen & colu-  
 men Ecclesiæ; flumen & fumen sapientiæ; bitumen &  
 alumen eruditionis: quod, ubi alium citra adulationem  
 de se judicare videt, velut maxima injuriâ allatâ excan-  
 descat p. 361. quod puerili quadam jactantiâ regulis suis  
 triumphum acclamet, ut verendum sit, ne illi, velut in-  
 tempestivo triumphatori occinatur: O Corydon Cory-  
 don quæ te dementia cepit 372. quod valde aniliter ab  
 ipso dictum sit: *Utinam eodem modo puerpera & obstetri-  
 ces respicientes ad Evam in statu integritatis dolores in pari-  
 ando minuere possent.* Ad hæc iste more suo: Quæ talia,  
 exclamat, fando Psyllomache, Baucisve ukorque eden-  
 cula Fauni temperet à lacrimis! sed parcite ocellos fletu  
 corrumpere aniculæ. Nam auspiciatum secretis vestris  
 nomen Albertus, uti videtur, libellum de arte obstetri-  
 eandi ad analogiam status Integritatis commentabitur,  
 pari facilitate, ac bellum nuper ad eandem analogiam  
 dedit. Abs cujus ingenio etiam commentarium de of-  
 ficio carnificis ad analogiam status integri expectamus  
 p. 366. Optimum tandem virum in malam rem abire ju-  
 bet, minaturque esse (Rolletum puta vel. Rondinium  
 quen-

quen-